Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Acetum]

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

# LEXICON PHARMACEUTICO-MEDICUM.

## A.

### ACETUM AGRESTINUM SOLUTIVUM, *Cloſſ. ex Schr.*

Recip.

S*Ucci agreſtæ ſive emphacii depurat.* ℥ij.
*Fol. ſen. or.* ʒij. *ſem. aniſ.* contuſ. ℈j.
*Rad. mechoac. in taleol. diſſect.* non autem pulveriſatæ, ʒß. *garyophyll. integr.* n. ij.
Macerentur in lagena loco frigido & de iſto aceto agreſtino permiſce cochl. ij. aut iij. in juſculis condimenti loco, in quibus prius diſſoluta ſit ʒß. cremor. Tart. Adultis detur doſis ſuperior integra.

Hujus remedii aſſiduo uſu hemitritæum & morbos chronicos, quamvis longâ patientiâ edomari, probatum eſt. *Vide corpus pharmaceutico-chymico medicum Jungken pag. 33. a.*

### Acetum Alexicatum ſeu deſtillatum alexic. *Francofurtenſe ex Sch.*

℞. *Rad. Tormentill. Zedoar. Biſtort.* ana ℥ß.
*Angelic. Imperator. Hirundinar.* ana ℥iß.
*Pimpinell. Dictam. alb. Ariſtoloch. rot. vera* ana ℥ij.

*Herb. Card. bened. Galeg. Scord.* ana Miß. *Sed. Maj. Endiv.* ana Mij.
*Fl. Calendul.* Miiß. *Roſar. rub. Nymph. Borrag. Tanic. Sambuc.* ana Mij.
*Poma citria recentia* miniméque putrida. N, viij.

Inciſis incidendis, ac contuſis contundendis affunde ✝ acerr. ℔. X. ſtent in confuſione donec probè impraegnatum extet acetum, quod uſui aſſervetur, vel & deſtillando per alembicum evehatur. *Vid. corp. ph. p. 33. a.*

## Acetum Antimonii.

℞. *Mineram antim.* tere ac elice ✝ per retort. prolectum funde ſuper mineram novam, digere ♂ (2. 3.) hinc deſtilla iterum per retortam idque repete, donec quantitatem cupitam acquiſiveris.

Cum tamen labor hic admodum ſit taediosſus, dum parum aceti fundit, hinc alia methodo major hujus aceti acquiritur copia nimirum:

℞. *Mineram ♁ lavigat.* affunde ▽ *pluvial. deſtillat.* ad eminent. digit. aliquot, digere vaſe H. cl. in fimo equino, donec incipiant fermentari, ac ſpumam ejicere; Dein abſtrahe ▽m, augendo ▽m in fine, redde capiti ſuo mortuo, & reaffuſa ▽ quae abſtracta erit, fiat cohobatio toties reiterando, donec prodeat liquor acidus inſtar ✝ti.

Vires. Inſervit tincturae antimonii extrahendae, refrigerat efficaciter ſanguinem, in febri praecipuè maligna & Ungarica, ſi cum Lap. Prunellae & ▽ deſtillata conveniente miſceatur: curat inflammationem à pulvere nitrario ortam cum ſaccharo ♄i.

N. 1. ✝ hoc ♁ii melius evadet, ſi pulveriſatae novae minerae ♁ii id affuderis ad emin. dig. 3. circulaveris-

veriſque (♂ 12.) ſic tingetur rubro colore magiſque aceſcet; tum effunde & abſtrahe per MB ſic ✢ ☿il exibit clarum & rubedinem poſt ſe relinquet in fundo.

N. 2. Acuari poteſt hoc ✢ ſuomet ſale, nimirum.

Recip. ✢ *Antimonii* ℥iv. *Sal. Antimonii* ℥j. ſolve ac deſtilla per ✢ c.

Dici poterit acet. deſtillat. Antimonii alcaliſatum, ſive radicatum.

N. Felicius forſan proceſſeris, ſi ſal ☿ in ✢ ſolveris atque ex argilla & ſolutione hac maſſam, & exinde globulos formaveris eosque per retortam, ut ∽ Sal Com. ſolet, deſtillaveris.

## ALIUD.

Acetum ☿ii in majori copia obtinebis, ſi ſuper cratem ferream mineram ☿ii fruſtulatim impones, ſuperſtructo aludele cum pluribus ollis perviis & alembico, ſubminiſtrando carbones in aliâ areâ focaria accenſos, ne acetum à carbonum vaporibus inquinetur. *Vid. corp. ph. p. 38. a.*

## Acetum Aromaticum odoratum.

*Mynſichti.*

℞. *Rad. irrid. flor* ℥iß *fl. lavend. roſ. r. tunic.* ana ℥j. *caryoph. cinam. acut.* ana ℥ß. *nuc. m. macis galang. min. zedo.* ana ʒiij. *cort. aurant. citri* ana ʒj. *ſtyr. cal. myrrh. rub. benz.* ana ʒiß. *fol. roriſm. rut. majoran. ſalv.* ana ʒj. *gall moſch. ver. lign. al. ſant. citr. ſpic. ind.* ana ʒß. *aceti vini viol. q. s. m. & acetum tinctum & bene impregn. uſui ſervetur.*

Cum intincto panno lineo naribus odoris ergo recipiendi admotum cerebrum confortat ſenſus excitat, ſpiritus recreat, animique defectione vires quaſi emortuas copioſe reſtaurat cæteriſque cordis affectus opem unice præſtat. *Vid. corp. ph. p. 34. a.*

## Acetum Bezoardicum *Sylvii.*

℞. *Rad. petas* ℥ij. *angel. Zedoar.* ana. ℥j. *Fol. rut. hort.* ℥iv. *melliſſ. ſcab. calend.* ana ℥ij. *nuc. jugl. immatur. concis* ℔ij. *Pom. citri rec. concis.* ℔j.

Contund. prius radices deinde cum reliquis omnibus in aceti deſtillati ℔xij. macer. per n. poſtea lento igne cinerum ad ſpecierum fere ſiccitatem deſtillentur prolectumque acetum aſſervetur.

Uſurpatur contra peſtem & affectus epidemicos ad ſudores proliciendos. *Vid. corp. ph. p. 31. a.*

## Acetum Bezoardicum *Timæi.*

℞. *Confect. orviet.* ℥ij. *Diaſc. Frac.* ℥iß. *Ther. Androm.* ℥j. *Rad. angel. contray. enul. pimp. torm. ſcorz. dict. alb. petaſit. ana.* ℥vi. *Fol. ſcord. rut. millefol.* an. mj. *Flor. calend. tun.* ana. mß. *cord. frax. citri* ana. ℥ß. *Bacc. jun.* ℥iiß. *maceris zedoar.* ana ℥iij. *camph.* ℈ij. *croc.* ʒj. *myrrh. el.* ℥ß. *aceti ex ſucco rubi idæi q. s. m. & ſtent in inf. in loc. cal. donec acetum probè ſit imprægnatum tum colat. uſui aſſervetur. A Timæo laudatur in Peſte cum pauxillo ſcordii vel ther. Vid. corp. ph. p. 32. a.*

## Acetum Bezoardicum minus de Spina.

℞. *Rad. angel. dict. alb. ſuccisæ ariſt. rot. gent. pimp.* ana. ℥iij. *turb. el.* ʒij. *cort. citr. rec.* ʒiij *Fol. ſcord. cardb. ſalv. rut. fl. calend. bacc. jun.* ana mß. *camph.* ʒß. *croc. integr.* ℈j *Acet. fort. q. s. m. dig. & F. acet. bez.*

## Acetum Bezoardicum *Minſichti.*

℞. *Rad. Scorzon. angel. dict. alb.* ana. ℥j. *torm. Zedoar. enul. camp.* ana. ℥ß. *camph.* ʒiß, *pulv. & mixtis aff. ſp. vin. à confect. bezoard. n. ſolar. reſidui & aceti vini*

ſamb.

*ſamb. deſt.* ana. *ad 6. dig ſuperemin. Et in vitro opt. clauſo, donec perfectè tingantur, poſtea filtr. & ad uſum reſerv.*

Vires. Acetum hoc opitulatur Peſti & prodeſt à venenato animali ictis vel demorſis, valet etiam contra venena hauſta, præſervandi gratia, doſis eſt cochl. ß. mane, curandi v. ab ℥ß ad ℥j. *Vid. corp. ph. p. 35. a.*

## Acetum Bezoardicum ſive Theriacale *Norimbergenſium.*

℞. *Radicum Chelidon. maj.* ℥iß. *Angelicæ, Imperatoriæ, Plantag. majoris ſeu latifol.* ℥iß. *Gentianæ Biſtortæ, Valerianæ maj. Pimpinellæ, Dictamni albi, Carlinæ Zedoariæ,* ana. ℨj *Fol. dictamni Cretici, Salviæ, Scabioſæ, Scordii, C. benedicti* ana. mß. *Cortic. & ſemin. Cicri* ana. ℨj. *Corn. Cervi* ℨiß. *Boli Armen. Croci* an. ℨij.

Ex his Crocus C. C. Dictamnus albus, & Bolus armena, in linteo ligentur, & macerentur in aceti acerrimi libris V. per diem & noctem, deinde digerantur in Balneo per triduum, in colatura verò diſſolvantur *Theriacæ optimæ* ℨxj. & ſerventur. *Vid. corp. ph. p. 32. a.*

## Acetum Bezoardicum ſive Theriacale *Londinenſium.*

℞. *Magma quod ab aqua Theriacali remanſit*, poſt deſtillationem, huic adde: *Florum Garyophyllor.* ℥ij. *Lavendulæ* ℥iß.

Affundatur his *aceti roſacei & ſambuccini* aa. ℔iiij. Fiatque ſine ebullitione digeſtio in fimo per octiduum, mox per manicam Hippocrat. colatura. *Vid. corp. ph. p. 33. a.*

## Acetum Bezoardicum ſive Antipeſtilentiale *Zuvelfferi.*

℞. *Radicum Angelicæ, Leviſtici* ana ℥iij. *Herb. recem. meliſſ. Rutæ hortenſ. Scordii noſtr.* ana ℥iiij. *Roſarum recent.* ℥iij. *Granor. juniper.* ℥iiij. *Cortic. citri rec. extim.* ℥iß.

Hæc inciſa & contuſa immergantur in aceti vini boni ℔. xij.

Facta aliquali digeſtione abſtrahatur acetum deſtillando in alembico vitreo, ad ſiccitatem. Aceto huic abſtracto denuò immitte:

*Radicum Angelicæ, contrajervæ, Enulæ recent. Morſus Diaboli. Zedoar.* ana ℥iß. *Herb. recent. Rutæ Scordii noſtr.* ana ℥ij. *Crocior. opt.* ʒij. *Cortic. citri rec. extim.* ℥iß. *Granorum juniperi*, *Myrrhæ rubræ* ana ℥j.

Stent in infuſione loco calido, vitro bene clauſo per ſeptimanam poſtea colentur atq; filtrentur, filtrato aceto adde, dum in uſum venire debet, pro qualibet libra.

Mellis citrati n. m. parati ℥ij. vel iij.

Efficax eſt in peſte & febribus malignis, cùm pro præſervatione, ante egreſſum matutinis horis, unum aut duo cochlearia ſumendo, dum curativè potiunculis ſudoriferis immiſcendo à ʒij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 32. a.*

## Acetum Bezoardicum F. F. *Cl. Dn. D. de Spina ex Schrœd.*

℞. *Rad. enul. camp.* ℥ij. *Angelic. Oſtrut. Valerian. Vincetoxic. Chelidon. Pimpinellæ.* ana ʒvj. *Gentian. Diptamn. alb Ariſtoloch. rot. Tormentill. Scabioſ. Succiſ. Petaſit. Zedoar.* ana ℥iß. Bacc. jun. Miiij. Myrrh. elect.

elect. ℥ß. Fol. Rut. Chelidon. maj. Scord. Chamædr. Card. ben. ana Mij.

Incidantur & contundantur ut eſt moris, dein affunde: *Aceti vini acerr.* ℔. viij. *Spir. vini* ℔. iij. *Theriac. Androm.* ℥ij. *Spir. Tartari*, ℥ß. *Camphor.* ʒij.

Digerantur per dies aliquot (14) dein exprimantur filtrenturque per chartam. *Vid. corp. ph. p. 34. a.*

## Acetum Confortans S. Cloſſ. Pulß-Eſſig/ *ex Schrœd.*

℞. *Fol. Rut.* Miij. *Fumar.* Mj. *Baccar. juniper.* ℥ij. *Caryophyll. Macis, Nucis Moſch. Teſticul. Caſtor.* ana ℥ß. *Contuſis affunde* acetum roſ. ℔. iij.

Inſola per aliquot dies, vel macera retrò formacem.

VIRES. Gravidis, Puerperis, & ab utero ſyncopizantibus prodeſt, odorando, tempora fricando, & pulſui utrique ex linteis eo madentibus alligando. In febribus malignis commodè additur Camph. ʒj. *Vid. corp. ph. p. 35. a.*

## Acetum Diaphoreticum *Minſichti.*

℞. *Rad. ſalſap, china* ana ℥j. *lign. ſaſſafr.* ʒvj. *fl. ſamb.* ℥ß. *caſſ. lign.* ʒij. *inciſ. & contuſ. inf. in acet. vin. acerr. q. ſ. & macera tamdiu, donec rubini inſtar. ting. filtr. & F. Acetum cephalicum in lue venerea & temp. peſtis uſurp. Doſis à cochl. j. ad* ij.

## Acetum Hyſtericum *Minſichti.*

℞. *Herb. rut. rec. exſic. gran. chamaeact.* ana ℥j. *gum. Sagapen. galb.* ana ℥ß. *rad. penced. caſt. vet.* ana ʒij. *callor. equar. aſſ. fœt.* ana ʒj.

Inf. in aceti vini acerr. q. ſ. & f. dig. in B. M. p. 5. aut 6. d donec acetum perfectam acquirat tincturam, dein filtra & ad uſum reſerva.

Prodeſt in ſuffocatione uteri, vertigine & Lethargo, externe & interne ſumptum; doſis cochl. ß. ad j. *Vid. corp. ph. p.35. a.*

## Acetum Mellis vel Sacchari *Collect. Leidenſ.*

℞. *Mellis vel Sacchari* ℔. iiij. *aquæ comm.* ℔. XL.

Coquantur ſimul ad quartæ partis exhalationem, dein ubi refrigeratum fuerit, decoctum adde fermenti acidi panis, q. ſ. vel ad quantitatem ovi aut circiter, fermentetur ſimul in ſole, aut loco calido, ubi fermentatio ceſſat, infunde liquorem ſuper ſequentem mixturam.

℞. *Caulium uvarum* ſive recentium ſive ſiccatorum ℔ iiij. *fermenti acidi panis* ℔ ß. *Rad. Pyrethri* vel *Zingib.* vel *piperis longi* ℥j.

Includatur fermentum unà cum hiſce pulveriſatis, & ſub caulibus abſcondatur. In promptu adſint duo talia vaſa, hac mixtura repleta; Hiſce in uno vaſe ſuperfunde liquorem. Macerentur ſimul per horas xxiiij. Dein effundatur liquor in aliud vas ſpeciebus hiſce repletum, & poſt xxiiij. horas materia illa in præcedente vaſe incaleſcet; cui denuò ſuperfunde liquorem, hoc tam diu repetendo, donec acidiſſimus fuerit liquor, *vid. corp. ph. p.28. a.*

## Acetum Mithridat. *Minſ.*

℞. *Mithrid. Damoc. Terræ Sigill. Rad. Tormentillæ. Enulæ camp. Angelicæ.* ʒvj. *Corn. Cervi. ſ. igne calc. Pulv. ſerpentum. Myrrhæ rub.* ana. ℥j. ſ. *ſem. citri excort. Acetoſæ Bacc. juniperi* an. ʒiij. *Flor. Calendulæ, Tunicæ* an. ʒij. *Croci orient. Caryophyllor. Camphoræ.* an. ʒj. *Aceti vini roſat.* q. ſ.

Miſce & acetum optimè coloratum ad uſum repone. *Vid. corp. ph. p.36. a.*

Ace-

## Acetum Myrrhatum *Minſ.*

℞. *Myrrhæ rub.* ℥j. *Rad. Gentianæ* ℥ſ. *Herb. Card. benedict. Rutæ. Abſinthii. Scabioſæ. Veronicæ. Scordii* an. ℥ij. *Croci orientalis. Caſſiæ ligneæ. Caſtorei.* ana ʒj.
Macerentur in aceti vini caryophyllati ſ. q. per octiduum; poſtea filtrentur, & acetum clarum ad uſum ſervetur.

## Acetum Prophylacticum *Cl. Dn. D. Arnoldi VVeikardi ex Schrœd.*

℞. *Rad. Angelic. Zedoar. Leviſtic. Pimpinell. Gentianæ Rut.* ana Mj. *Turbith el.* ʒij. *Cort. citr. recent.* ℥iij. *Baccar. Juniper.* bene matur. ℥iß. *Laur.* ℥j.
Inciſa & contuſa, ut moris, maceretur cum aceto acerr. Menſ. ij. poſtea deſtilletur per alembicum vitreum. Servetur pro uſu. *Vid. corp. ph. p.* 37. *a.*

## Acetum Rhizoticum *Minſ.*

℞. *Rad. Tormentillæ. Serpentar. Pimpinellæ. Angelicæ. Valerianæ. Imperator. Succiſæ. Dictamn. alb. Enulæ camp. Vincetoxic. Zedoariæ. Petaſit.*
Infundantur in aceti vini ſalviati, ſ. q. & poſt debitam digeſtionem, acetum filtratum ad uſum reponatur. *Vid. corp. ph. p.* 37. *a.*

## Acetum roſaceum *Zvvelfferi.*

℞. *Roſar. recent. Damaſcen. pallid. & contuſ.* ℔ij. Immergantur in *aceti vini boni* ℔viij. Factaque digeſtione brevi deſtilletur, ſive abſtrahatur acetum per cucurbitam, vel alembicum vitreum, ad ſiccitatem ferè roſarum. Deſtillato aceto denuò injiciantur *roſarum recent. rubr.* ℥iiij. tempore hyberno.
Stent in infuſione diebus aliquot, poſtea colentur & filtrentur, uſuique reponantur.

Juxta hunc modum Zvvelfferus omnium herbarum & florum aceta conficere docet.

Ultrajectini in ſua Pharmacopœa loco recent. *Flor. ſiccatos recipiunt*, & eum ſ. q. *aceti vini acerr.* æſtivis caloribus in vaſe vitreo ſoli exponunt, per menſem & ultra, tunc verò reponunt colatum acetum. *Vid. corp. ph. p. 37 a.*

## Acetum Roſaceum Pharmacopœæ *Londinenſis.*

℞. *Roſarum rubr.* medio maturitatis ſereno cœlo collectarum, exungulatarum & in umbra per triduum aut quatriduum, ut exſiccentur, expanſarum ℔j. *Aceti* ſextarios octo; Inſolentur diebus quadraginta, deinde coletur acetum, repetaturque infuſio cum roſis recentibus. *Vid. corp. ph. p. 40. a.*

## Acetum Roſaceum *juxta Charas.*

℞. *Roſæ rubræ, nondum explicatæ provinciales dictæ*, quarum pars candicans, calici proxima, forfice reſecanda, unguis roſarum dicta. Pars rubra ſoli expoſita, ſi licet, aut ſaltem ſub dio, quàm cito fieri poterit. Accipe roſarum tali modo exſiccatarum ℔j. conjiciantur in lagenam denſam vitream, ac illis affunde aceti optimi ℔viij. poſt ritè obturatâ lagena inſoletur per 14. dies aut tres hebdomadas demum, omnia colentur & fortiter exprimantur. Colato ſi aceto rurſus immittatur novarum roſarum ℔j. dehinc reiteretur inſolatio, poſtea colatio & expreſſio, ut ab initio, ſicque reſervetur ad uſum. Si cui lubet, poterit ultimo roſas in aceto relinquere, & uſus tempore ſaltem quantum lubet aceti tincti decantare.

Ace-

## Acetum rutaceum *F. F. ex Sch.*

℞. *Fol. Rut. Scord. Card. bened. Tanacet.* an. Mj. *Bacc. juniper. rad. Angelic. ana* ℥ij. *Zedoar. Cort. citr.* ana ℥ß.

Incidantur minutim, ac infundantur in 🜊 opt. ℔. VI. Viribus convenit cum prioribus acetis Bezoardicis. *Vid. corp. ph. p. 37. a.*

## Acetum Theriacale *Minſichti.*

℞. *Ther. Androm.* ℥j. *corn. alcis ſpagyr. calc. Bacc. jun. ſem. cardb.* an. ℥ß. *Fol. verben. ſcord. rut.* an. ʒij. *myrrh. rub. cort. citri* an. ʒiß. *Rad. torm. angel. Zedoar. petaſit.* ana ʒj. *camph. lign. al. macis acet. vin. calendulati q. s. m. donec optime tingatur, poſtea ſeparabis acetum tinctum & ad uſum reſervabis. Vid. corp. ph. p. 38. a.*

## Acetum Thoriacale *P. A. V.*

℞. *Rad. chelid. maj.* ℥iß. *angel. oſtrut. gent. biſt. valerian. pimp. dict. albi Carlinæ zedoar.* ana ʒj. *plant. maj.* ʒiß. *Fol. ſcord. cardb. dict. cret.* ana Pij. *cort. & ſem. citri* an. ʒiß. *gran. jun.* ʒij *nucl. nuc. jugl.* ℥ij. Inf. omnia in acet. rut. ℔iv. ſt. in vitro bene clauſo prodeſt in morbis venenat. peſte. *Vid. corp. ph. p. 38. a.*

## Acetum Vini quomodo conficiendum.

Qui in copia hoc conficiunt, hac methodo procedunt.

Sumunt dolium pro lubitu parvum aut magnum, probe ligatum, ut diu duret; huic infundunt Spiritus vini portionem ac hinc inde probè agitando, id humectant, tunc verò, quod reliquum eſt à Spiritu vini effluere ſinunt, ac dolium ut ſiccetur rurſus reponunt: inſequente poſt die immittunt dolio, quod 80. menſu-

ras

ras continet, welches ein Ohm hält / octo menſuras aceti boni cui in nodulo ineſt, *Piper Hiſpanicum*, *Zingiber*, *Grana Paradiſi*, *Garyophylli*, *radices pyrethri*, & *fermentum* ad partes æquales; ac his ſuperaffundunt vini calefacti totidem menſuras octo, poſt tres verò dies rurſus infundunt octo menſuras vini calidi, ac ita alternatim procedunt ad repletionem uſque dolii, quod interea ſemper in loco calido retineri debet, immittendo verò vinum calidum ſemper probè omnia commovendo miſcentur ab initio.

Quando jam ad perfectionem deventum eſt, ac quid depromitur, tam ſubito illa pars reſarcitur dimidia parte vini calidi addita, quod reliquum eſt & reſtat reſarciri, altero die poſt infunditur, ac ſic perpetuam nanciſcuntur aceti mineram aceti confectores.

Præterea egregium fermentum acidum ita conficere docet *Le Mort*.

℞. *Fermenti panis acidi* ℔ij. *Fecum vini* quantum poſſibile *recentium* ℔iij. *Aceti acerrimi* è vino generoſo ℔. j. *Piperis Braſilienſis* ℥j. *Longi*, *Zingiberis*, *Pyrethri* ana ʒvj

Miſceantur exactè, & ſtent per tempus, ſic fermentum hoc fit validius, & ſi huic maſſæ adhuc addideris ſacchari vulgaris ℔. iv. producet excellentiſſimum acidum.

De hoc fermento admiſcetur debita doſis liquori ad aceſcendum deſtinato, tum verò per tres dies ſingulis horis materia optimè commoveatur, donec ad motum inteſtinum redigantur, & inde emerget acetum fortiſſimum brevi temporis ſpatio. *Vid. corp. ph. p.29. a.*

## Acetum Zedoardicum *Minſichti.*

℞. *Rad. Zedoariæ*, *Angelicæ*, *Tormentillæ*, *Scorzoneræ*, ana

ana ʒs. *Bacc. lauri excort. Juniperi* an. ʒiij. *Flor. Calendulæ. Lavendulæ, roſar. rub.* an. ʒij *Myrrhæ rub. Lig. Aloes, Macis,* ana ʒis, *Caryophyllor. Nuc. Moſchat.* ana ʒj.

Infundatur in *aceti vini Sambuc.* ſ. q. donec perfectè colorentur, poſtea acetum coletur & reponatur. *Vid. corp. ph. p.* 38. *a.*

## Anacollema frontale *ex Schrœd.*

℞. *Maſtich. Thur. Myrrh.* ana ʒiß. *Bol. arm. Pulv. later.* ana ʒß. *Croci* ℈j. Cum *albumin. ovi, ol. roſac.* & pauxillo *aceti.* F. Frontale.

VIRES. Prodeſt in lippitudine, aliisque affectibus oculorum fronti impoſitum.

## Aliud *ex Schrœd.*

℞. *Argillæ uſtæ, farinæ volatil.* Staubmeel. *Boli Armen.* ana ℥ß. *Succ. acac. Hypocyſt.* ana ℥ij. cum *album. ovi* & modico *aceto.* F. frontale.

VIRES. Convenit in Hæmorrhagia narium. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

## Aniſum Laxativum *Zwelfferi.*

℞. *Sem. aniſi* benè mundati à ſuis ſtipitibus ℔. ſ. Immittatur aheno confectorio ſupra ignem collocato (prout jamjam præmiſſa huic claſſi Prolegomena ſatis edocuere) humectetur poſt ſaccharo clarificato & ad conſiſtentiam ſyrupi paulo craſſiorem cocto, cui ſtatim ſuperinſpergatur nonnihil de pulvere ſequente jam deſcribendo (loco quaſi amyli pulveris, quo, uti ſuperius innui, confectarii ſuas confectiones adulterare ſolent,) utpote.

℞. *Pulv. diagridii ſulphurati* & amygdalis dulc. probe ſubacti ℥iß. *Galap.* ſubtiliſſ. ℥ij. *Mechoac. albæ* un-